

CCXXXIII. capitulum de pontificatu Urbani quinti et

contemporaneis.

Urbanus natione Gallicus ex civitate Treveris, na-
torumque ^{Jerusalem} ~~Constantinopolitani~~, sedit annis tribus, ~~et~~
quo anno Michael et al. vide supra precedenti capitulo,
parte X. hic fecit cardinales XIII in ordinationibus
duabus. // Contra ipsum maxime apud Urbem
veterem misit Manfredus infinitam multitudinem
Saracenos, quos de patrimonio perceptorum
torquebat. // Hic MCCXLII^o regnum Sicilie,
quod Manfredus violenter detinebat, Karolo ~~comiti~~
comiti Provincia, patri sancti Ludovici regis
Francie, ut illud ab eo crederet, contulit.

apud Urbem

MCCXLIII^o. tam notabilis cometa apparuit, ut nullus
viventium similem viderit. Ab oriente enim cum
magno fulgore surgens usque ad medium cunctis
versus occidentem comam per lucidam pertraheret,
duravit que plus quam tribus mensibus. Ipso
autem primo apparente papa Urbanus cepit
infirmari, et eadem nocte, qua dormitus est, dis-
paruit.

I 7. 13